

**δακτυλικὸν δίμετρον βραχυκατάληκτον /
dactylicum dimetrum brachycatalectum**

— ◡ ◡ —

1. ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 103. 19 sqq. quae autem (*scil.* metra) ex duobus imperfectis colis [id est membris] conciliantur, vix est eorum separationem divisionemque cognoscere, in his praecipue, quae minimae proceritatis conexa iunguntur: exempli gratia si sit iambicum dimetrum catalecticum et sequatur dactylicum dimetrum brachycatalectum ita:

† dicata ex fario,

cum sit traditum colum ita demum iustae proceritatis accipi, si decem et octo temporibus suppleatur. cum autem nec coli mensuram brevitatis ista conficiat, quantum a perfecti versus mensura discordet, [et] utique manifestum est, eum colum portio versus esse tradatur.

ΑΡΤΗΘΝ. GL VI 106. 5 sqq. item dimetrum (*scil.* dactylicum) brachycatalectum fit, si pedem dactylum una longa excedat syllaba, ut:

φεύγετε δὴ ...

20 sqq. proponamus itaque canonem dactylici in exemplum reliquorum septem metrorum, qui est, ut ceteri, aequae octo differentiarum ita: nam aut dactylicum monometrum brachycatalectum dactylico monometro brachycatalecto copulatur aut idem brachycatalectum catalectico aut acatalecto aut hypercatalecto, et rursus idem brachycatalectum dactylicum dimetro brachycatalecto aut dimetro catalectico aut dimetro acatalecto aut dimetro hypercatalecto sociatur, quae sunt commutationes octo canonis unius. igitur eo pacto, quo monometrum brachycatalectum percurrens octo canonas, ut ostendimus, fecit differentias LXIII, ita et monometrum dactylicum catalecticum et acatalectum et hypercatalectum: cum suum ceterosque canonas tam per monometrum quam per dimetrum singula metra percucurrerunt, procul dubio octies sexagenae quaternae differentiae colliguntur. ex quibus efficitur numerus differentiarum in una quaque metri specie quingentarum XII.

— ◡ ◡ — ◡ ◡ — — ||

2. SCHOL. REC. ANON. in Aristoph. *nub.* 275a (p. 256 Koster) τὸ ἰα' δακτυλικὸν δίμετρον βραχυκατάληκτον. [S.D.B.]